

RECTOR ACADEMIE MARPURGENSIS
JUSTUS FEWRBORNIUS, S. THEOLOGIÆ DOCTOR,
PROFESSOR ET ECCLESIASTES, TOTUSQUE SENATUS ACADEMICUS. L.S.P.P.

LALVATOR noster, Jesus Christus notabiliter inquit Iohann. 18. v. 20. *Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto locutus sum nini. Quibus verbis non tantum improbat illos, qui more vespertilionum, in tenebris circumvolantium, occultè peccant, & delicta sua velant, lucemque subserficiunt, quam etiam malè agentes oderunt: sed etiam conscientiam rectam, minimeque cauteriatam describit, quam quisquis habet, non odit lucem, sed in luce candidè & aperte agit, adeoque discipit, ut quæcunque pertractat, Solis coruscantis radiis exponantur, & in notitiam omnium ducantur.* Huic intemerata conscientia quia & nos, qui aliae huic Hassorum Universitati nostram operam locavimus, enixè studemus, ideo nil magis in votis habemus, quam ut Labores nostri Academicci, quos proximo semestri exantlabimus, omnibus mature patefcant, & satis innotescant. Proinde Catalogum istorum Laborum hic appositum publicare voluimus, Deum Ter Optimum Maximum devotè rogantes, ut nostris ipsis Lectionibus & Disputationibus ex throno cœlesti largiter benedicat, omniamala, & cum primis tumultus bellicos, morbosq; contagiosos à nobis avertat, optata halcedonia nobis concedat, suóq; nos Spiritu S. ita regat, quod omnia nostra cogitata, dicta & facta vergant ad nominis & numinis divinę gloriam, Ecclesiæq; & Reipubl. Christianæ exædificationem, Academiæ hujus perennem vigorem & prosperitatem, & ad singulorum temporalem & æternam salutem. P. P. Marpurgi die 8. Martii, Anno 1629.

CATALOGUS LECATIONUM ET
Disputationum in hoc futuro
semestri.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Justus Fewrbornius, D. Quantum per Rectoratus bilominus tamen illi in Responde & Sententiis Iuridicis concimolestias ipsilicet fuit. I. Locum de S. Scripturâ publicis piendis singulare studium suum uero jam adhibent, ita quoque in Lectionibus porro exponet, eoque exposito, ad Operis sui Biblici posterum adhibituri sunt.

continuationem, & nominatim ad S. Luca explicationem revertetur. II. Collegium Anti-Ostorianum absolvet III. Collegium privatum disputationum ex Epistola ad Romanos instituet.

Johannes Steuberus, D. I. Novem priores Articulos Smalcaldicos publicè interpretabitur. II. Duo Collegia privata aperiet, in quorum priori L.C. Theologicos; in posteriori autem certam aliquam heresin refutandam assumet.

Meno Hannekenius, D. I. Decem posteriores Articulos Smalcaldicos publicè explicabit. II. Geminū Collegium Hebraicum adaperiet; unum pro provectioribus, qui in S. Biblio non punctatis & Rabbinorum Commentariis legendis & explicandis ab ipso informabuntur & exercebuntur, & simul sancta linguam sic edocebuntur, ut Hebraicas Epistolas conscribant, de quibus Sacris Hebraicè colloquatur; alterum pro incipientibus. III. Geminum itidem Collegium Theologicum habebit, & in uno quidem A.C. quam cum reliquis Ecclesiæ Orthodoxæ Lutherana Libris Symbolicis conferet, ast in altero quandam Quationum controversialium syllogen ad ventilandum proponet.

Quin etiam singuli Theologi cum Disputationes menstrias solennes, tum alias publicas & oportunitatibus disquisitionis sub jicient, similiq; Disputationes privatas in publico loco instituent, ut cuivis civi Academicco facultas auscultandi sit.

IN FACULTATE JURIDICA.

Quamvis Amplissimi & Consulissimi Viri, Dn. Hermannus Vultejus, & Dn. Johannes Gœddeus, J.U. Doctores, ob fidellissimam multorum annorum in hac Academia prestitam operam, quoad publicas Lectiones rude donatis sint, ni-

lectionibus porro exponet, eoque exposito, ad Operis sui Biblici posterum adhibituri sunt.

Helfricus Ulricus Hunnius, D. Academia Procan-cellarius, Carolinam Ordinationem Criminalem publicè profitebitur.

Anthonius Nesenius, D. Continuabit Interpretatio-

nem Theorico-Practicam selectiorum Legum in Pandectis, Iuris

Canonici & Ordinat Camer. concurrentes materias, Capitula

& Titulos conjungendo.

Johannes Breidenbachius, D. Absoluto libro primo

Institutionum, ad 2. & 3. interpretationem perget.

Justus Sinolt cognomatus Schütz, D. Tractabit

quotidianas Iuris Controversiæ Questiones diversas.

Conjugentur simul Exercitia disputationum privatarū

& publicarum in omni Iuris materia.

IN FACULTATE MEDICA.

Nicolaus Braun, D. Continuabit exercitationes suas

practicalas in morbis particularibus, in quibus ut docet Galenus

libr. 9. Methodi medendi, post universalia theorematum studio

Medicinae tanquam in particularibus exemplis exercere debent.

Johannes Kempfius, D. Partem Medicinae medico-

rum Mundi Petri Boavystei de miseriis & excellentiâ hominis,

xviii, que agit de morbis, eorumq; causis, & Symptomatis, propo-

net, & Botanica tractabit.

Jacobus Müllerus, D. Anatomicas suas Exercitationes

continuabit, & privatim Institutionum Collegium habebit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Theodorus Victor, Hesiodi Opusculum, quod in scribitur, ex quo ipse, publicè interpretabitur.

M. Conradus Bachmannus, Librum 7. & 8. Aeneid. explicabit.

Jacobus Müllerus, D. (Qui simul est Medicus Professor) publicè Geographiam specialem, privatim vero Geographiam Practicam pertractabit & demonstrabit.

M. Johannes Henricus Tonfor, Pedagogiarcha, explicabit Doctrinam de Cœlo, insuper addet Collegium Physicum Speciale, & Philosophicum Generale.

Johannes Kornmannus, D. Quatuor Libros posteriores Ethicorum Aristotelis, ad Nicomachum, analyticè & problematicè enodabit.

Theodorus Höpingk, D. Dispositionis Oratoria Capitalia, & Elocutionis speciem primam, que Tropologiam continet, ex Cicerone potissimum aliisque probatis Authoribus exponeat, stiliq; exercitia addet: nec non de antiquis & hodiernis Germanorum moribus, facem præbente Cornelio Tacito, disquireret. Logices & Metaphysics Professor ordinarius vocatus, simulq; hic advenerit, confessim ea, quam munera suis fuerint, gnaviter, ut speramus faciet.

Marcellus Oliva Parisiensis, In erudiendis Lingue Gallica Studiosis utetur Grammaticâ Gallicâ Iohannis Serreii, libr. 9. Methodi medendi, post universalia theorematum studio cui adjunget Favum Praceptorum Lingua Gallica Danielis Martini, & ipsius Colloquia Latino Germanica, atq; etiam Theatrum Mundi Petri Boavystei de miseriis & excellentiâ hominis, cum aliis quotidianis exercitiis ad cognitionem Lingue Gallica acquirendam, necessariis.